Jose Antonio Rojas Carrera
iarcius@hotmail.com

Capitulum IV librī inscriptī *FAMILIA ROMĀNA*
DE PRONŌMINE "*is, ea, id*"

	singulāris			plurālis		
	masculīnum	feminīnum	neutrum	masculīnum	feminīnum	neutrum
nominatīvus	**is**	**ea**	**id**	**iī / eī**	**eae**	**ea**
accusatīvus	eum	eam	id	eōs	eas	ea
genetīvus	eius	eius	eius	eōrum	eārum	eōrum

casū **nominatīvō** pronōmen indicat subiectum:

puer irātus puellam pulsat. - quis est puer qui puellam pulsat? - **is** Marcus est.
puella laeta cantat. - quae est puella quae laeta cantat? - **ea** est Iulia.
(impluvium est in atrio). - ubi est impluvium? – **id** in atrio est.

Marcus et Quintus in atriō cantant. ubi cantant Marcus et Quintus? – **iī** cantant in atriō. (**eī** cantant in atriō)
Delia et Syra in hortō sunt cum Aemiliā. - ubi sunt Delia et Syra? - **eae** sunt in hortō.
– atrium et peristylum sunt in villā. - ubi sunt atrium et peristylum? – **ea** sunt in villā.

	singulāris			plurālis		
	masculīnum	feminīnum	neutrum	masculīnum	feminīnum	neutrum
nominatīvus	is	ea	id	iī / eī	eae	ea
accusatīvus	**eum**	**eam**	**id**	**eōs**	**eas**	**ea**
genetīvus	eius	eius	eius	eōrum	eārum	eōrum

casus **accusatīvus** indicat finem verbi. is casus indicat obiectum vel complementum directum.

Quintus Iulium vocat. –que**m** vocat Quintus? –is Iulium vocat. –Quintus **eum** vocat.
Iulia plorat et Aemilia**m** vocat. –qua**m** vocat Iulia? –ea Aemilia**m** vocat. –Iulia **eam** vocat.
Marcus impluviu**m** videt. –quid videt Marcus? –is impluviu**m** videt. Marcus **id** videt.

Iulia Marcu**m** et Quintu**m** videt. –quo**s** videt Iulia? –*ea* Marcu**m** et Quintu**m** videt. Iulia **eos** videt.
Aemilia Syra**m** et Delia**m** vocat. –qua**s** vocat Aemilia? –*ea* Syra**m** Delia**m**que vocat. Aemilia **eas** vocat.
Aemilia atriu**m** et peristylu**m** videt. –qu**ae** videt Aemilia? –*ea* atriu**m** et peristylu**m** videt. Aemilia **ea** videt.

	Singulāris			plurālis		
	masculīnum	feminīnum	neutrum	masculīnum	feminīnum	neutrum
nominatīvus	is	ea	id	iī / eī	eae	ea
accusatīvus	eum	eam	id	eōs	eas	ea
genetīvus	**eius**	**eius**	**eius**	**eōrum**	**eārum**	**eōrum**

casus genetīvus indicat eum qui possidet.

Iulius est dominus Med**i**. **cuius** dominus est Iulius? *is* dominus Med**i** est. Iulius **eius** dominus est.
Aemilia est mater Iuli**ae**. **cuius** est mater Aemilia? *ea* mater Iuli**ae** est. Aemilia mater **eius** est.
in oppidō Tusculō templum est. Tuscul**i** templum est magnum. **cuius** oppid**i** templum est magnum? Tuscul**i** templum magnum est. **eius** oppid**i** templum magnum est.

Iulius est dominus Med**i** et Dav**i**. **quōrum** est dominus Iulius? *is* dominus Med**i** Dav**i**que est. Iulius est dominus **eōrum**.
Aemilia est domina Deli**ae** et Syr**ae**. **quārum** domina est Aemilia? *ea* est domina Deli**ae** Syr**ae**que. Aemilia est domina **eārum**.
Roma et Ostia sunt oppida. **quōrum** oppid**ōrum** fluvius est Tiberis? *is* fluvius est oppid**ōrum** Rom**ae** et Osti**ae**. Tiberis **eōrum** oppid**ōrum** fluvius est.